



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Præparationes proximæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

viter in memoriam revocet, idemque faciet, quoties de nocte evigilare contingeret.

Preparationes proxime.

MANÈ ut primum excitatus fuerit exclusis omnibus aliis cogitationibus breviter quidem, sed magno affectu pro collatis beneficiis debitas Deo gratias agat, & efficaciter proponat, magna diligentia defectus omnes, præsertim illum, de quo examen particulare instituit, vitare. Deinde prægustulum quendam meditationis capiat, & magnū in animo suo desiderium excitet, brevi in cœlo coram divina Majestate comparendi, & cū eâ de negotiis ad ejus gloriam, atq; animę proprię

8 Praxi

& proximorum utilitatem spectantibus, tractandi. hac fervient multi versiculi psalmorum exempli gratia. *Quam dilecta Tabernacula tua Domine virtutum: Concupiscit & deficit anima mea in atria Domine. Latatus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Quis dabit mihi pennas sicut Columba & volabo & requiescam? Deus Deus meus ad te de luce vigilo, Sitivit in te anima mea quam multipliciter tibi anima mea? Quemadmodum desiderat Cervus ad fontes Aquarum ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad te fortem vivum, quando veniam & apparebo*

parebo ante faciem Dei! & alii li-
miles; aut ut ad meditationis ma-
teriam propiùs accedat, excitet
in seipso dolorem, pudorem,
confusionem, aliàs desiderium
majori claritate cognoscēdi my-
sterium verbi incarnati, ipsum
studiose imitandi, & ferventer
amandi: interdum tristitiam ad
compatiendum Christo Domi-
no tantas pœnas pro se passo;
quandoque lætitiã, & exulta-
tionem ad gratulandum eidem
Domino de ipsius gloriã & feli-
citate: aliàs alium affectum ma-
teriæ conformem. Ut verò hoc
faciliùs fiat, juverit secum ali-
quam similitudinem mysterio
proportionatam identidem mē-

te volvere, vel affectuosè versiculum aliquem psalmi cujusdam ruminare, illis similem qui infra ponentur; aut sententiam quamquam ex sacra scriptura sive Sanctorum Patrum scriptis desumptam, quæ faciat ad propositum. Si vero contingat plures de die meditationes institui, minimum uno quadrante ante horam meditationis bene, attenteque leget puncta meditationis, menteque imprimet: deinde secum ipse cogitabit quonam sit iturus, & coram quo compariturus, aut aliquid faciet æquivalens illi, quod mane fecit.

QVID